dl. illa efficaciâ esse vera & non merè apparens.

229. Ob. 1. Sacerdos per actum naturalem se applicat ad consecrandum & sacramentaliter absolvendum, quoties ex malo motivo consecrat & absolvit: atqui consecratio & absolutio sunt actus supernaturales: ergo idem in appetitu naturali erit possibile. 2. dilectio Dei super omnia ut authoris naturae est entitativè naturalis, & tamen includit propositum efficax implendi omnia praecepta etiam supernaturalia. 3. ad imperium efficax non spectant vires executivae, cum virtutes imperativa & executiva distinguantur: ergo per imperium efficax poterit imperari actus, ad cuius executionem vires desunt: ergo etiam in appetitu poterit salvari efficacia, etiamsi vires desint ad executionem.

Resp. ad 1. D. M. per naturalem actum sacerdos se applicat ad consecrandum & absolvendum quantum ad id quod ibi est naturale C. M. quantum ad id quod ibi est supernaturale N. M. adeoque illa verba, ut sunt naturaliter prolatio se non applicant ad aliquod supernaturale, sed in quantum sunt virtute instrumentaria divinitus elevata. ad 2. dico, in dilectione naturali non includi efficax propositum servandi omnia praecepta supernaturalia, sed tantum propositum servandi praecepta naturalia.

ad 3. dico, licet ad imperium efficax non spectent vires executivae, spectat tamen ad ipsum connexio cum ipsidem non tantum ut possibles sunt, sed etiam ut aliquando dandae sunt in actu; quia connexione cum actu naturali non possit habere in ordine ad supernaturalia, hinc actus naturalis non sunt efficaciter